

ACADEMIÆ VVITE-
BERGENSIS LEGES DE
STVDIIS ET MORIBVS AVDI-
-torum, quæ bis quotannis recitantur.

PRIMA LEX.



ESTIMONIA de Deo multa & illustria vniuersæ naturæ rerum impressa sunt, quæ optimus Conditor vult aspici, ut agnoscamus eum, Addidit autem & singulares patefactio[n]es confirmatas manifestis miraculis, & legem & promissiones suas edidit, & misit Filium, qui verè colligit æternam Ecclesiam, cui Deus in omni æternitate communicare vult suam sapientiam, iusticiam & Ix[us]ticiam, Colligit autem Ecclesiam voce Euangelij, & non aliter.

Cumq[ue] literis mandari suas patefactio[n]es, legem & Euangelium voluerit, ac seuerissimè præcipiat, vt hæc scripta legant homines & cognoscant, & sic de ipso sentiant, sic eum inuocent, sicut ibi se patefecit, & vitam iuxta hanc normam regant, semper adiunxit Ecclesiæ cœtus docentium & dissentientium literas. Et sicut ministerium Euangelij in templis diuinitus conseruat, ita tales aliqui cœtus docentium & dissentientium literas diuinitus conseruantur, quos quidem vult esse partem ministerij Euangelici, & legere libros Propheticos & Apostolicos, & retinere natiuam sententiam, nosse Symbola, & certamina ac iudicia Ecclesiæ om-

A ij nium